







Tractatulus per Eneam Silvium editus ad Regem Bohemie Ladislaum.

Dit Traktaat, insgelyks door Ulrich Zell, Boekdrukker te Keulen, waarschynlyk voor het jaar 1467 gedrukt, is groot 87 bladzyden, en ieder bladzyde heeft 27 regels; doch de bladzyden zyn een half vierkantje of passie smaller, dan die van het Traktaatje de Historia Griseldis.

Het is ook, gelyk het gemelde Traktaatje, zonder Folio's, zonder Signatuur, en zonder custos of reclame, en draagt dus klaare blyken, dat het in de eerste kindsheid der uitge-

von-



vondene Boekdrukkunst in 't licht is gekomen. Het is dezelve Letter van Ulrich Zell, waarmede hy in het jaar 1467 het boek Augustini Episc. de singularitate Clericorum gedrukt heeft.

In dit Werkje vindt men op twee plaatsen deeze vier Hoogduitsche woorden gedrukt: da rycht dych nach. De autheur, Eneas Sylvius? zegt op de 59ste bladzyde: Qd non omnibus poetis dictis adhibenda est mens, &c. Daarop volgt: da rycht dych nach. En op blad. 83 leest men hetzelve achter deeze woorden: Quelibet utilia captu sint atque delectabilia ni-mium tamen impendi temporis studere

ar..

artibus non suaserim quia & si sunt per illas transeuntibus utiles diucius tamen circa eas noxie fieri possunt. Daarop volgt dan wederom: da tycht dych nach.

Deeze laatstbygebragte woorden geeven my aanleiding, om hier met een woord aantemerken, dat dit Traktaat, gelyk ook dat van Fr. Petrarcha de historia Griseldis, of niet, of door een onkundigen Corrector nagezien is: want beide Werkjes zyn vol drukfouten, waarvan men verscheidene staaltjes in de bygebragte woorden vindt. Eneas Sylvius had in 't voorgaande eenige Voorstellen uit de Landmeetkunde ter

neer

ner gesteld, en daarop laat hy die woorden volgen, welken men op deeze wyze moet leezen: *Quæ licet utilia captu sint atque delectabilia, nimium tamen temporis hisce artibus impendi non suasetim, quia etiam, si sunt per illas transeuntibus utiles, diutius tamen circa eas versantibus noxiæ fieri possunt.*

't Is ten eenemaal onzeker, hoe die vier Hoogduitsche Woorden, eene vermaaning behelzende, in den Text gekomen zyn. 't Is niet waarschynlyk, dat zy door den Autheur zelven in zyn Handschrift èr by geschreeven zyn. Misschien heeft een Copist of uitschry-

schryver die woorden èr by gezet,
en de Drukker heeft zulks door onkun-
de nagevolgd, en dus in den Text
ingelascht.


De Autheur eindigt zyn Trak-
taat op de laatste bladzyde op deeze
wyze: Vale. Ex nova civitate
Mense Februarii Millesimo Quadrin-
gētesimo quinquagesimo. Laudet
Deus.

Haarlem den 28 Maart
1775.



¶ Incipit Tractatulus per Eneam Siluium editus ad Regem bohemie Ladislaum.

Serenissimo pricipi domino Ladislao Pannonioꝝ ac Bohemie Regi Et potentis Austrie duci domino suo Eneas Eps Tergestinus. Si quē virtuti operam dare totūqȝ se bonis prebere actibus oportet. hunc esse te Ladislae rex indite nemo qui sapiat inficias ibit. Maximis nāqȝ regnis et amplissimis principatibus postq̄ tutele finieris ānos exspectaris impaturus. Quibȝ nisi cōsumate sapientie alias prudētie fueris diu dn̄ari non poteris. Regna virtuti parent et resistunt viciis. Sicut olim impatoris ignauiā roma nō tulit. sic hodie regis desidiā vngariā detestat. Nulli magis quā regnanti opus est sapientia quo pacto recte gubernauerit alios. Et quem proprius subuertit error rex incipiens se perdit et populum. Sapienti in melius omnia cedunt Per me inquit sapiētia reges regnāt et legum cōditores iusta decernūt Tu ergo dum puerū agis. et cū natu grandis fueris. optimis te preceptis imbui fines. Ad quas res prouocare te quoqȝ maioꝝ tuorum exempla debebunt. qui romano imperio cū maxima laude prefuerūt paterni atqȝ materni progenitores. Et q̄ te genuit



diuine atq; indelende memorie pater Albertus. q̄
bus dignare fedissimum fuerit. Maiorū qui re
gna suscipit. et virtutes quoq; suscipiat consen
taneum est. Succedis in nobilitate. cura ut mo
rū simili modo successor fias. Nobilitas sanctis
vestita moribus laudi datur. Nichil est nobile
quod viciosū. Quis enim generosū dixerit hūc
quī indignus genere est. et preclaro nomine tā
tum insignis. Sane ut animalia muta quāuis
laudatis orta parentib; nemo generosa optat
nisi forcia. Sic homines appellari nobiles iure
nequeūt. nisi virtute ꝓpria ↄmēdati. Miserū ē
ut Juuenalis ait aliene incūbere fame. ne colla
p̄sa ruāt subductis tecta columpnis. Ad virtu
tem autem capescendam litterarum studia plu
rimum adiumenti prebent. Nec cuiq̄ꝫ magna
q̄ꝫ regi doctrina congruit. Quod intelligens ro
manus imperator francorum regi cui tūc ami
cicia iunctus erat per epistolā magnope stude
bat liberos vt̄ suos litteris erudiri curaret. Il
literatumq; regem nil aliud q̄ꝫ coronatum asi
num esse dicebat. Nec ego romanoꝝ principes
dum respublica floruit illiteratos esse comperi
sed domi atq; milicie. et in senatu et in exercitu
dominatā esse doctrinam. manifestumq; omni
bus ē. postq̄ꝫ exclusae sunt littere oēs elanguisse
v̄tutes. Nā et armate quoq; milicie infirmata

est manus & ipsius principatus quasi precisa
radix. Socrates quidem ut est a Boecio relatū
fortunatas esse respublicas opinabat̄ si recto
res earum studere sapiētie cōtigisset. Soli nam
q3 perfecti sunt homines qui ciuiles cū philoso
phia ptes q̄rūt immiscere sibiq3 gemina vendi
cāt bona. Nā & eoꝝ vitam qui ꝯmuni seruiūt vti
litati & sūma cū trāquillitate nullis obiecta flu
ctib3 p sapiētie studia versatur. Principib9 igi
tur & q̄ regnaturi sūt experiūdum ē totis virib3
ut et publica ꝯficiāt̄ negotia et phia vendicet̄
queādmodū ꝓ temporib3 attinere videbit̄. Sic
enim Pericles ciuilia tractauit officia. Sic ar
chita tarentin9. sic dyon syracusanus. sic Ra
banus epamunidas. quorū duos teste plutar
co platonis cōstat fuisse discipulos. Preterea
nostros scipiones fabios. Cathones. marcel
los. Cesares. quibus sūma laus sūma erudicō
fuit. Ad hoꝝ ergo te modū cum tempus aderit
cupim9 regnaturū ut fatigata magnis calami
tatibus hungaria. ac seuis errorib3 conculcata
bohemia te duce respirēt. splendoriq3 pristino
restituātur. Quod ꝓcul dubio consequemur. si
spem quā de te prebes secuta res fuerit. Odorem
namq3 bonū de te hausim9 sicut odor agri pleni
cui dn̄s benedixit. Magnum est future ꝓbita
tis indiciū. quia nec videre nec audire turpia

potes. Nemo tibi non modestus sodalis placet Morales hystorias totis hauris auribus. indi esq; fieri melior preceptoris tui monitu niteris Sic michi qui te instruit teq; obseruat et amat maxime. vir tum doctus tum probus de te locu tus est. Caspar. cuius hortatu libellum hunc de te scribere sumus aggressi. Precatus enim summo studio nos fuit ut aliquid scriberemus ad erudicionem institucionemq; tuam aptum et compendiosum. Optauissemus hoc oneris al teri fuisse mandatum qui et pulchriora et meli ora q̄ nos tradere potuisset. Neq; enim tu es quem medio[cri]a deceant. neq; nos sumus qui sublimia prestare valeamus. Sed neq; obse quium tibi neq; preceptori tuo voluntatem ne gare debuimus. ne vel maiestati tue vel dilectio ni sue videremur aduersi nunc presertim quan do saluatoris nostri. Natalicia celebramus in quibus mos est fidelibus cristianis inuicem munera missitare. donandum quidem tibi aliquid hoc tempore fuerit. Sed quid est quod elargiri tibi nostra paupertas queat. Non possumus cum piscatore dicere. surge et ambula. quia nec huius meriti sumus. nec tu deo fauente hoc indi ges auxilio. Sed aurum et argentum non est michi Experiri licet et dicere. Quod ergo tibi donare aliud possumus q̄ tui quod magistri precibus

flagitamur. Prestant auro atq3 argēto virtu
tum precepta· quibus si quis equos vestimēta
lapillosq3 pretulerit· is equo aut lapidi quā sa
pienti viro similior est. Ex hijs ergo succīntum
opusculū tue seruituti deuoueram qd tibi nascē
te domino iuxta repsētacōnē ecclesie tot annis
institutū dono daremus. Nescio quo pacto in
manibz creuit opus obscuritatē dum fugimus
breues esse desinim9. Est tamē opi modus nec
fastidiēti prolixitati nec tenebrose obnoxi9 bre
uitati. Tu paruū mun9 ex paupe domo benig
nus suscipe boniq3 cōsule· paruūq3 precio nō v
tilitate pensabis. Hoc enim libello quem in
ptes quatuor diuisim9. q̄ regis pueri· quē iuue
nis· que viri queq3 senis esse studia dicātur. ut
ex claris auctoribus accepimus tue sublimitati
mōstram9. Speram9 enim has omnes etates
nō ingressurū te modo· verū etiā egressurum.
ad quas beate beneq3 dirigēdas quod defuerit
scriptis nostris· nō quippe id paucū erit· ex ali
orū fontibus hauries. Vale.

¶ De puerorū ingenio naturali. Et quomō na
tura ipsa ceca ē sine disciplina. Rubrica pma

OMnibus q ad virtutis culmen ducēdi sūt
pueris. naturā in primis bonā a disciplinē
capacem esse oportet. Sed hanc prestare neq3
tuū ē neq3 humani studij· solius dei munus est

celesteq; bonum. Pauci repiantur quib; natura indocil' sit. Sicut enim aues ad volatũ. Quintilian⁹ ait. eq̃ ad cursũ ad seuiciã gignut. sic hominis ẽ ꝓpria agitacõ mẽtis atq; solercia. Hebetes vero atq; indociles nõ magis scdm naturã ꝙ prodigiosa corpora ⁊ insignia mõstris edũt Et ꝙuis alius aliũ prestet ingenio. nemo tamẽ repitur qui nichil sit studio ꝯsecutus. Sed accipim⁹ naturã tibi esse rectã ⁊ docilẽ sup ẽ igit ut disciplinã ⁊ exercitacõez suscipias. Sicut enim ceca ẽ sine disciplina natura sic sine natura macerata ẽ disciplina in vtraq; par͛ momẽti fueit si sbtraxeis exͨciciũ ꝰ histe trib; absolucõ ꝯpat Accede igit fauente numine. ⁊ acceptis discipline regul' exercitacõez virtutis ãplectere.

¶ Qd in duob; p̃cipue pueri sũt erudiẽdi.

Quo sunt in pueris erudienda. corpus ⁊ anima. De cura corporis prius. Nam in matris vtero quidem formari corpusculum prius deinde aiaz infundi dicem⁹ erudicõnez. Deinde mẽtis ãnectemus int'dũ mixtim agem⁹. q̃dã fieri vtrũq; simul cẽsẽt ab infancia et primis ut aiũt vnguicul' incipe debẽ institucõem pueri. ꝰ preterita sũt hec tẽpa tibi vtinã nõ ignaue ad etatẽ tuã festinãdũ ẽ. ad hec te puer͛ hẽm⁹ audi p̃cepta que dam⁹ puero dum te alloquor teq; cõmoneo et preceptores tuos qui tuam curam

gerunt omnes alloquoe·Meminisse naqȝ illos oportȝ·eorum q̄ ad Troianū cesarē plutarch9 scribit qui publico sermone discipulorꝝ delicta in preceptores refundi ꝯmemoāt·Depravatū enim neronis ingeniū non defuerūt qui Sene ce ascriberent Socrates cū malo inductū bone indolis puerū aspexisset pedagogū eius percus sisse traditur·Relatum est a babilonio dyoge ne Leonidam allexādri preceptorē quibusdā illū viciis imbuisse que robustum quoqȝ ⁊ iā maximū regem ab institucōe pueri sunt prose cuta·Insulsi ergo atqȝ animo deliri sūt·qui fili orum suorꝝ curam quibusqȝ ⁊ sine vllo delectu committunt·Ego illos aut eruditos esse vo luerim qd̄ primum ē·aut se non eruditos scire Nil enim peius ē hiis qui paululum aliquid vl tra primas litteras ꝓgressi falsam sibi ut Quī tiliani verbis vtamur sciēcie persuasionē indu erunt·Recte igitur philippus macedo Allexan dro filio suo prima lr̄arum elementa ab aristo tile tradi voluit̄ summo illius etatis ph̄o·Nescio quis error Leonide locū fecit·Recte etiam Pe leus achillis cure phenicem prefecit ut ei dicen di piter ⁊ agendi ductor foret ⁊ magister·Opor tet autē preceptorum vitā nullis obnoxiā esse criminibȝ·irreprehensos mores·optimū experi mētum ut nec habeant vicia q̄ vetant·Nō sint

austeritate tristes nec cõmunitate nimia dissolu
luti· quos nec odire nec cõtempnere iure possis
quorum sermo plurimũ de honesto sit · ne ab
hijs vicia discas que postmodũ sit opus dedis
cere· in quibus exuẽdis magna difficultas est
et onus dedocendi grauius est quã docendi
propter qđ Thimotheum clarum in arte tibia
tum duplices ferunt ab hijs quos ali⁹ instituis
set solitum exigere mercedes quã si rudes disci
pulos accepisset . Tecum certe actum est opti
me qui tales sortitus es magistros quorũ si pre
cepta tenueris et optimi viri possis et clarissimi
regis assequi famã . Horum officiũ est ut sicut
coloni suis arbusculis circumponũt· sepes sic ti
bi ɔsona laudabilis vite instituta admonicõẽs
qȝ circumferãt · vnde rectissima morum germi
na pullulant· honestatis enim fons atqȝ radix
ẽ legittima disciplina. Tecũ tñ monitis nõ pla
gis agãt quãuis enim cedi discipulos sit recep
tum et Crisippus non improbet . Juuenal' qȝ ver
ba ferãtur. Metuens virge iã grãdis achilles
cãtabat patrijs in montibus. Maius tñ apud
me põd⁹ habent Quintilian⁹ atqȝ pluthare⁹ q̃
ad honesta pueros studia al'· exiciã nõ plagis
aut vberibȝ ꝫ monitis et racõibȝ ducẽdos aiũt .
verberã seruos decẽt nõ liberos · Nobilibȝ pueris
et maxime regibus maiorẽ laudes at vituperia

quã verbera ꝯmoditatē afferunt. Illa ad hone
sta cōcitant. hec a turpitudine cohibēt. In vtris
q3 tamē adhibendus est modus ne quit nimis
fit. Pueri namq3 in modicis celebrati laudaci
omibus intumescūt. nimis autē affecti iniurijs
frangūtur animoq3 deficiūt. at ex plagis odia
surgunt que ad virilem etatem vsq3 ꝑdurant.
Ad discenti autē nichil magis aduersū est ꝙ p
ceptores odisse. quos tu si recte facere volueris
non min⁹ amabis quã ipsa studia. ⁊ parentes
esse non quidem corporis ſ mentis tue iudicab
multum hoc ⁊ pietas studio cōfert. Audi rur
sus iuuenalem. Dij maioꝝ vmbris tenuem in
quit ⁊ sine pondere terrã. Spirãtesq3 crocos ⁊
in vrna perpetuū ver. Qui preceptorē sancti vo
luere parētis. Esse loco.

¶ De cura corporū ⁊ qualit̄ nutriēdi sūt pueri.

De preceptoribus satis dictū est. Nunc vidē
dum arbitramur. quomō illi corpori tuo cu
ram prebere debent. Quã ꝯsuetudinem puerile
corpus accepit eandem seruare succedente tpē
cupit. Cauendū est igit̄ ne nimis molliter enu
triatur. ne sompno plus ꝙ satis est. aut quieti
indulgeas Mollis educacō quã vocam⁹ indul
gentiam neruos omnes ⁊ mētis ⁊ corporis fran
git. Vitãda est plumaꝝ mollicies. herere seri
cum carni nolim. interdū grosso lino vtēdū ē.

sic fiunt mēbra solidiora et laboris magis paci
entiā. Cūq3 sis natura pulcherimus et digna sce
ptro soboles. studendum ē ut gestus forme res
pōdeant. ut recta sit facies ne labia detorqueas
ne liguam sugas. ne viciū ebrietatis effingas.
ne seruilem imiteris vernalitatē. ne supinus
sit vultus. ne deiecti in terrā oculi. ne inclinata v
tralibus ceruix. ne inducte rustice man9. ne sta
tus indecorus. ne sessio irridenda. Ciliorum mo
tus aptē retinendus. recta sint brachia. neq3
in proferendis pedibus rusticia. Nichil potest
placere quod non decet. Nouit hoc Philippus
alexandri pater. q̄ cū multos quos bello cepat
venundans. sblata impeditaq3 tunica sederet
nequaq̄ decore et vnus ex hijs qui venunda
banē clamaret. Ignosce m̄ philippe. nā a patre
m̄ amicitia tecū est. Vn̄ sibi amic9 esset hō int̄
rogat. Et illo p̄pi9 accedēte at3 sbmissa voce di
cēte. paru p inferius clamidē demittito. ita eni
inept9 sedes. Istū ait philipp9 dimittite. Nā q̄
beniuol9 at3 amic9 ēēt latebat. Seruād9 ē igit̄
in motu omniq3 statu decor. In q̄ re tā curiosi
greci fuerūt ut gest9 legē ɔscripserūt quā Ciro
noia vocauerūt. eā socrtes pbauit. plo in pte ci
uiliū actionū posuit Crisipp9 in pceptis de edu
catōe liberoꝝ nō omisit. Sūt etiā corpis q̄dam
certamina q̄ minime cōtēpni debent. s3 eius rei

preceptores audiendi sunt· ut quantum satis erit· in hijs elaborent· quo et apta quedam menbrorum compositio simul et robustitas acquiritur· Bona e enim in pueris corporis habitudo bona quoque senectutis fundamenta iacit· Cumque regem in esse prelijs sepius oporteat· militaribus certaminibus exercere pueros conuenit quem regni gubernacula manent· Bellum enim educatum in vmbra corporis habitudinem repudiat· Macillentus autem miles et belli assuetus in certaminibus pugiles feroces et structas prelio propulsat acies· Non ergo abre fuerit te quem sepe contra thurcos pugnare necessarium erit arcum in puericia tendere fundam iactare· rotare· sagittam dirigere· hastam iacere· equos ascendere· cursitare saltare· interesse venacionibus· natare/nandi periciam· Nichil est turpe discere quod licet honeste facere· Audi virgilium de pueris italorum que referat· Natos ad flamam primum deferimus· seuoque gelu duramus et vndis· venatu inuigilant pueri siluasque fatigant Flectere equos ludos et spicula tendere cornu· Ceterum nec puero ludos interdixerim qui non sunt obsceni· ludere cum equalibus pila queadmodum tibi Johannes hinderbach vir doctus precepta conscripsit et laudo et probo· Est trocus· sunt et alij pueriles ludi que nichil turpitudinis habent quos tibi nonnumquam preceptores permittere debent

ut sic laboris remissio fiat et alacritas excitetur. Non est semper litteris seriosisqz rebus incumbē dum. nec nimēsi labores sunt pueris adiciendi sub quibus defessi corruāt. et alioquin pondere molestiqz pressi doctrinā min9 mansuete pcipi ant. Plante nāqz cū modicis alunt aquis mul tis suffocantur. Nosse oportet vitā nostrā in du as ptes esse diuisā. in studium ac remissionem Sic vigilie somnpnus pax bellum estas hyems operosi festiqz dies laboris cōdimentum ē ociū. Itaqz nec laborem sumere nimium. nec ocio ni mis indulgere oportet. Hostes enim disciplina rū ut a platone dictū ē labores et sompni.

Quali cibo et potu pueris vti ɔuenit

Corporalia pueoꝝ exercitia qui regnum ex pectāt qlia dnt esse qlesqz ludi iā tenes. Nūc de cibo potuqz dicam9. Modic9 ac tēpat9 cibz. ut Iheronim9 ad rusticū scribit et carni et a nime utilis est. Assit igitur racō ut tales et tan tas assumas escas quibz nec corp9 oneret nec libertas anime pregueṫ. Et quāuis cibi refutā di sint q difficulṫ digeri possunt prouidēdū tñ ē ne delicatis assuetus cibarijs ɔmunia demum fastidias. Non semper est inurbibus degen dum. Eris nonnūq in castris in siluis in deser tis locis vbi necessarium erit grossiorib9 vti ci bis. Sic nutriendus est puer ne cum tempus

expostulet bouinas carnes abhorreat. Adde q bellatori huiusmodi futuro conuenit porrigere dapes nō q̄ delicatū ꝗ q̄ robustū corp9 efficiāt Si quis preterea passulis amigdalis cōfectis ex succaro cibis. paruis auiculis. hedulis agni culis leuioribus q; semp mēsis utatur. quib; de mū mensis releuari restaurariq; poterint si cepe rit egrotare.

De supfluitate in esu q̄rūdam patriarum.

Attingā nūc aliquid qd multi ex tuis sub ditis reprobāt. Quis enim vel australis ē vel vngar9 vel bohemus qui de frugalitate mē sarū libenter audiat disputātem. Quid enim ē quod in hijs regionibus maioribus efferatur preconijs cibarioꝝ luxurie a laute gloria mēse Quid ē qd familia magna ꝑbet magisq; pre dicet. q̄ diuitis cene numerosa fercula. Ille ma gnificus inquiūt ille celebrandus. illi voluppe seruierim cuius culina semper fomat sēper vn cta ē cui9 gule nulla obstāt precia. q̄ splendide cenat a raris a lōge quesitis vtitur fercul. Cu ius cellaria redundant ferculis patentq; om nibus. Sic histriones loq̄ sic parasiti scurreq; solēt. quib; viuendi curia in solo palato ꝯsistit Et q̄ sardanapalli sequētes in gluuiem gruis collū mallēt habere quā suū. Sed nichil est op time puer indolis qd eque effugere sapientem

oportéat q̄p uiuere ad ostentacōnem· populares
aures sequi·non aūt verā racōem vsq3 adeo vi
uendi ducem habere .Spernēdi sūt manes ru
musculi·fugiēdi assentatores.Non est appeten
da laus que ore ab insani manat .Clarissimus
patruel' tuus fridricus Cesar q̄ nūc monarchi
am tenet imperij tāq̄p sapiēs tā sobriū se ōndit
nō vino non cibo se implet·castigata prandia
castigatas agit cenas·nō curāt h̄ q̄d de se bibu
li ferāt.Sapientū nāq3 nō ebriorū preconia re
tinatur .S3 ne lōgius euagemur.Quid sibi vult
tāta ferculorū numerositas q̄ diuersitate carni
um atq3 saporū delectacōe cōuiuas q̄si captiuos
tenet.Nōne morbi ex nimia saturitate cōcitātur
Quot sūt qui postq̄p gule voluptatē expleuerit
vomitus cogūtur sustinere molestiā·ut q̄d tur
piter ingesserūt turpius egerant.Afferent mi
nistri tui si sapient coram te non plurimas e
pulas.noli prefinire numerū Qui te regūt a sa
nitatis a virtutis a maiestatis a tpis et loci cō
sideracōem habeāt.Imperatoriā domū Julius
Cesar nisi solēne cōuiuiū fuisset tribus voluit fer
culis contentari Cesar Augustus in summo fasti
gij culmine secūdario pane a pisciculꝰ cōtētꝰ in
bibꝰ erat.Dicet aliq̄s.Quid nero·quid caligula
quid uitelliꝰ·Nūq̄d cōmessacōes in modice fre
quētamꝰ haut inficiamur h̄ imitarī optios nō

pessimos et gloriosos nō illaudatos decet. Rur
sus adiciatur aliter in ytalia vbi famē calor extin
guit. aliter in germania vbi frigus comedendi
prouocat appetitū regulanda est mensa. Neqꝫ
hoc negamus. At non multū comedere cuius ar
det stomachi rabies. sed varia illū sumere pre
ciosaqꝫ phibemus. Meminisseqꝫ te volum⁹ di
cti cōuiuarū vocabuli. Non enim ut greci sic et
maiores nostri cōpotacōnes comessacōesqꝫ vo
luerūt. quasi vini cibiqꝫ gratia cōueniatur. sed
cōuiuia ut simul uiuerēt. Socrates mltos ꝑtere
a velle viuere dicebat ut ederēt et biberēt. se au
tē ꝓpterea et edere et bibere ut uiueret. Ad quē
modū quicūqꝫ se limitauerit is ꝓfecto nō ma
gnos sumptus in cenis habebit. paucis namqꝫ
et minimis rebꝫ natura cōtēta ē Aristoteles vir
clarus et inclitus cū de voluptate gustus atqꝫ ta
ctus id ē cibi et veneris disputarꝫ ab hijs ꝓfi
cisterētur sensibus delectacōnes solas homini
bus cōmunes esse cū bestijs asserebat. Atqꝫ id
circo in pecudum haberi ferarūqꝫ numero quis
quis esset hijs voluptatibꝫ impeditus. Cetere
ex rebus alijs procedētes homini tm̄ ꝓprie sunt
sicut apud macrobium in saturnalibus Eusta
chius affirmat. Quis igitur habēs aliquid hu
mani pudoris voluptatibꝫ hijs duabꝫ coeundi
atqꝫ cōmedendi gratuletur que cōmunes sūt cū

asino a fue. Sed deuenere adolescentem magis q̄ puerum commouefacere oportebit. Interim cum cenarum sumptus reprehendimus. Cathonis sermo venit in mentem. Qui cum apud Romanum populum in prodigalitatem et inmodicos sumptus inueheretur. Quam inquit difficile est ad ventrem oracōnem habere qui aures nullas habet. ⁊c̄.

¶ Ne pueri immoderati sint in bibendo Et q̄ turpe est eis vinum appetere.

Verū cū delectacō gustus plerosq; nō minus in potu q̄ in cibo detineat. Cauendum est tibi ne vel multibibus vel optimibibus fias. omnemq; inebriem vitabis. Sic moderata bibicio non que mentem grauet sed que sitim auferat. Multum fuci in pueris est lacte sunt et sāguine pleni raroq; sitim sensiunt. ¶ Appeticōne vini puero nichil turpius est. Vsus vini sicut Valeri⁹ ait. romanis olim feminis ignot⁹ fuit. Quid pueris. feremus ne puerorum bachari mentes aut vini surgētem ingenij iugulabimus mero. Quamuis thetunico more in vas vino miscere aquam michi tamē nulla racōne persuasum fuerit fumosum vinum nisi aq̄ castigatū puerorum meꝭ apponi debere. Relatū ē michi ex bohemis proceribus quēdā fuisse q̄ liberos ab infātia suos atq; ab ipsꝭ incunabilꝰ soli⁹

Malmatica aut Reuolij magnis et crebris hau
stibus assuefaceret. Sic enim aiebat. Postq vi
ri fuerint multumq biberint nullius vini potencia
a mente amittunt. Sic fortasse nutritus fuerat
Cirus iunior qui cum Lacedemonios ut secum so
cietate inirent hortaretur. Cor sibi dicebat lon
ge grauius esse. quam fratri. Nam et plus meri quam il
le biberet et melius ferret. Stulta et inanis cau
cio. ne sis aliquando ebrius semper ebrium esse. non
perdunt qui sic nutriti sunt mentem cum maxime
bibunt. sed stultam adherentemq semper ebrietatem
continuant. Non ibi memoria est non vinorum in
genium non bonorum cupido arcium. non glorie non
honestatis studium. Verum ne cum istiusmodi bel
uis confligtari videamur quibus inter homines
locum dare scelus arbitramur ad Platonem tra
seamus et quam ille diuinus vir de vini potu senten
ciam tulerit audiamus. Hic enim non passim
hauriendo vina sed modicas et honestis inter biben
dum remissionibus reficiendi integrandiq animos
ad instauranda sobrietatis officia sapienter ex
istimauit. nec diffugiendas esse. omnino vini po
taciones. quia nullus continens prorsus aut tem
patus satis fideliter uideri potest cuius vita non
inter pericula viciorum et in medys volupta
tum illesebris explorata sint. Nam cui libencie gra
cieq omnes conuiuiorum incognite sunt. quiq illorum

omnino expers sit. si eum forte ad percipiēdas has voluptates aut volūtas tulerit aut casus induxerit aut necessitas impulerit mox delinîri et capi. neqȝ mētem eius animūqȝ ꝯsistere neces se est. Muniēd⁹ ē ergo puer aduerso uini ma liciā. non fuga sicut egipcij faciūt. neqȝ ingur gitacōne sicut bohemis placuit. sed animi vigo re et cōstanti presencia ut vsus moderacōe tem peratus fiat et continens. Vtimur autem vino non nobis vti dominetur sed ut calefacto simul refectoqȝ aīo. si quid in eo vel frigide tristicie vel torpentis verecūdie fuerit diluam⁹. qd tūc faciam⁹ cū modicū et tolerabile vinū sumimus Sint ergo cōuiuia que te pñte fiunt et in cibo et potu castigata suisqȝ regul' limitata sobria sine luxuria. ne vel anime vel corporis officia prepedi ant. Non sit illic tristicia nec vultus nubili. ast sit et aliquādo risus. Non laudo Crassum quē se mel in vita risisse Cicero scribit. Nā saluatorem nostrum risisse nūqꝫ. alterius ꝙ hominis offici um fuit. Assit in cōuiuio grauitas sed leticiam non excludat. Assint voluptates sed lasciuiam nō inducāt. Assit musica oblectamēta ꝫ nichil turpitudinis afferant.

¶ De corporalibȝ delicijs ꝯpescendis.

Ceterum qꝛ corpus adhuc. tractam⁹ cultū. succīncta platonis sentencia referenda est. Is tantum indulgeri

corpori vult ut phie ministerium prestare pos
sit. Quod dictū prudenter putamus si reipubli
ce curam sub phie studio volum⁹ cōtineri. Nā
qui corpus optime curāt. animā vero que eius
seruicio uti debet negligūt. nichil ab hijs diffe
rūt q̄ ut organa pfectissima possint habere om
ni studio conquirūt artē vero cuius grā cōpa
rātur organa omnino despiciūt. Contra seruā
dum est. Nam castigare ac opprimere eius impet⁹
velut immanē quādam beluam oportēt ac eius
aduersus animā temerarios motus racōis ha
bena cohibere. Pitagoras cū intellexisset ex fa
miliaribus suis quēdam exquisitis ut pinguis
fieret indulgere cibarijs. Hic inquit nō cessat
molestiorem sibi carcerē struere. Gneus vero
Pompeius cui magno cognitione fuit cum aduer
sa valitudine laboraret. iussit medic⁹ ut turdo
vesceretur. Illū sui frustra querere. Erat eni
preter ānitēpus. Cūq3 ex familiaribus q̄dam
dixisset fore ut apud Lucillū turdi quē penes ā
nū integrū nutrirētur inueniri possent. Tum
ille quāuis egrotus. Ergo inquit nisi Lucillus
studeret delicijs viuere pompeius nō posset ac
dimisso medico paratu facillimis ac vilib3 vs⁹
est illud solū cibo curandū est ut necessitas cor
pori tribuatur ut possit esse laboris paciēs. Ita
q3 ventri non ad voluptatē sed ad sustētacōe3

porrigere oportet. Nā q̄ cenas sēp atq̄ coquos
mēte agitāt epulaꝝq̄ gratia terras mariaq̄ p
scrutātur miserabili admodū seruitute premū
tur. et grauissima dño tributa pēdūt. michi leuius
paciētes q̄p q̄ apud inferos penas dāt veluti ig
nem diuidētes et cribro aquā ferentes ac p fos
sum vas implere anhelantes sicut basilius ait.
Queris tamē quid de vestitu ceterisq̄ corporis
cultib; senciam? absoluā paucis q̄d arbitrer
faciēdū. Cōmi aut ornari vltrā q̄p necessitas
sit aut miserorum ē testimonio dyogenis aut
iniuriarū itaq̄ ocupatū esse in corporis ornatu
aut leuis est hominis aut omnino vani aut il
lius qui probarū insidiatur virginum matro
narumq̄ castitati. Obseruādum est supuacue
moliaris ne plus corpi tribuas q̄p anime como
dum sit. turpeq̄ regi fuerit ꝓpter nimiā corporis
curam effeminatū uideri. Est autem adhibēda
in omni cultu mundicia non odiosa nec exqui
sita nimis. sed agrestemq̄ fugias et in huma
nam negligētiam. Nam demostenj et hortensio
probro datum est quia vestitu et cetero cultu cor
poris nitido venusto nimisq̄ accurato fuisse
traduntur. Puero tamen et viro regi dignitas
habenda est. Ne dum iactācie rumorem fugit
in auaricie labat infamiā q̄ nichil est in princi
pante detestabilius.

Rõ michil ē in terra preciosi⁹ michil prestāci
us illuminato intellectu.

Hbsolutis breuiter hijs que de corporis curā dicenda sensuim⁹ ad institucōnē mētis festinat oracio. In q̄ te psuadere volimus nichil eē qd hoies in terra possideāt p̄ciosi⁹ intellectu Cetera q̄ dē humane vite bō pusilla sūt atq̄ idig na que multis laboribus insectemur. Pulchra nobilitas sed alienū bonū. Preciose diuitie. ꝫ fortune possessio. venusta gloria. sed incōstans Forma decens ꝫ caduca puoq̄ durans tēpore Optāda sanitas sed pmutacōi prorsus obnoxi a. Concupite uires ꝫ egritudine aut senectute facile ɔtabescunt. Nichil prestācius intellectu a racōe. Hoc nullꝰ fortune tollet incursus. nul la calūpnia distrahet. Cūq̄ reliqua oia tempo re minuātur sciētiā ɋ racōnem senectus auget Bellū singula trahēs atq̄ omnia ferens solam doctrinā nequit eripe Megaram cū demetrius captam solo equasset Stilphonē phm illic om niū nudū interrogauit. an suorū q̄cq̄ amisissꝫ Cui stilphō haud equidem inquit. bellum enim nulla ex virtute spolia ducit. Ac socrates cum Gorgias pcontaretur. an persaꝝ regē felicem esse putaret. Nescio inquit quātū virtutis habe at ɋ discipline. Perinde ac hisce nō autē fortu ne bonis persistat beatitudo. Accā hoc dictum et

memorie cōmēdato Ladislae rex olim ditissime quāuis regna tibi maxima debētur. non tamen felix dici poteris nisi virtute preditus et anime magis q̄ fortune bonis habundaueris. Regna nāq; et opes non magis possidencium sunt q̄ cuiusq;. sed ut in sotulari ludo nunc huc transeunt nūc referūtur illuc. Sola virtutis et viuēti et mortuo stabilis est et firma possessio Iureq; diuitib; solon inquit. Et nos nō permutabim⁹ cum virtute diuicias. Tibi ergo cum diuicie affluant curandū est ne virtutes desint. sine quibus ne dum regis sed nec viri nomē quisq; merē Sicut hyemi necessaria p serenitatē parare cōuenit. ita et boni et optimi ad senectutē virtutis viaticū in puericia vendicare debēt. Quis nouit humane vite variabiles casus. Nichil ē sub luna fixum. nuc diuites homines sunt nūc paupēres. nūc regnāt nūc seruiūt. nūc sanitate gaudēt nūc egrotāt. Nemo scit mane quid vesper vehat. Nemo tam diuinos habuit fauētes crastinum sibi ut policeri possit. Ob quā rē These⁹ ut scriptū apud Euripedē Cicero refert sic dicē solitus erat. Nā q̄ audita a docto meminissem viro futurās mecū comētabar miserias. aut morte acerbā aut exilij mestā fugā. aut sēp aliquā molē meditabar mali. ut si q̄ inuecta duritas casu foret ne me impatum cura laceraret repens

Sed nulla res ē que aduersus nouercātis fortu
ne impetus certi⁹ q̄ phia solamē prebeat. Hic
iunior dyonisius cū eiectus tirannide et in exiliū
act⁹ interrogaret. quid sibi plo et philosophi
a profuissent. ut equo respōdit animo facileq;
ferrem fortune mutabilitatē. Sine igitur adū
se nobis siue secūde res fuerint ad phiaz quod
est virtutis studium recurrere debem⁹ cuius po
tissime reges cōuenit amatores existere. Pluri
ma sunt necessaria regi. q̄ sicut aristotili placet
lex est quedā animata. Magnū est regim pon
dus. qz nō tantū sui curam rex habere debet ut
salu⁹ fiat sed populi quoq; ut creditā sibi mul
titudinē recte dirigat ꝑ iusticiā in viā salutis et
pacis. Scriptum est enim. Rex insipiēs dissipa
bit populū. sapiens autē ciuitates ditat. Vere
quoq; vegecius inquit. Nullus est quē oporte
at. vł plura vel meliora scire quā principē cui⁹
prudētia debet omnib; ꝓdesse subiectis. Ideoq; sa
lomon cū tanti pōderis grauitatē in se sentiret
optionēq; habuisset ut que vellet a domino po
stularet. Dabis inquit seruo tuo cor docile ut iu
dicare possit populū tuū. Et discernere inter bo
nū et malū. Philippus aūt macedo cum alexan
drū filium suū comoneret iubebat eum ut et ari
stotilem obseruaret et phe studeret. et adiecit.
Ne multa huiuscemōi agas q̄ me penitz egisse.

¶ Qđ philosophie studium sicut omnib; sit
& regibus utile esse dinoscāt. &c.

QUemadmodū tibi iam persuasum esse pu-
tamus puero q̄ regnaturus sit necessariū
est ph̄andi studium. Phia vero omniū mat' at
tiū quam plato donum. Cicero inuentum vo
cat absq; litteris haut facile pcipi potest. Hec
te primū ad diuinum cultum. deinde ad ius ho
minum quod situ est in generis humani socie
tate tuum ad modestiā animū erudiet & ab aio
tamq̄ ab oculis caliginem remouebit ut omni
a supa prima media & vltima videas. Quis
igitur litteris insudare noluerit quādo tantus
ex hiis fruct9 pcipitur. in quib; est boni ac ma
li noticia que nobis preterita referāt presētia
moderentur futura inducant. Sine litteris om
nis etas ceca est. Nec alieno carere ducatu pōt
illiteratus princeps. Cumq; adulatoribus ple
ne sint regum aule quis verum principi dixerit
An non cōducibile est regem litteras nosse ut
in ph̄orum libris ipse veritatem sibi vendicet
Demetrius quippe valerius Ptolomeum regē
monebat ut libros de regno imperioq; sibi con
pararet atq; perlegeret. Que enim amici non
audent monere reges hec in libris scripta re
periuntur &c.

¶ Quo tpe pueri litteris tradi debēt.

Danda est igitur summo studio litteris ope
ra. Sed quesitū olim fuit quo tpe tradi lit
teris pueros oportet. Ante septimū ānum nō
placebat theosiodo quoniā illa puei etas ꝛ dis
ciplīne capax ꝛ laboris paciēs videretur. Idē ꝙ
qꝫ ꝑcepit herestotenes. Sꝫ aristophones atꝫ
Crisippus quibus ꝛ Quintilian⁹ assentitur. nul
lum temp⁹ cure vacaē voluerūt. Fuisset igitur
ab ipsis cunabił incipiendum ut nutrices etiā
non michil tibi ↄtulissent. quas si fieri posset sa
pientes Crisippus optauit. ne quid ab illis ↄta
gionis cōtrahi posset. Deteriora nāqꝫ ꝑtinaci⁹
herent ꝛ bona facile mutantur in peius. Mater
nus sermo sapiētia cōditus ꝛ elegancia sepe fi
liis ꝓfuit ut de Cornelia graccorū matre pleri
qꝫ scribunt. cuius eloquencia in filiis redunda
bat. Multū interē facūde sint an rudes prudētes
an stulte ꝙ pueros nutriūt. siue mr̄es sint siue
alie quevis. Sed tu nutricis iā euasisti iugū ma
trem Clarissimā ꝛ vltra modū eloquentissimā
pri⁹ amisisti ꝙ̄ nouisse potuisti. Sed omittam⁹
preterita ꝙ magis culpari ꝙ̄ reformari pn̄t. ad
tēp⁹ in quo nūc es veniamus.

¶ Qualibꝫ precipue instruī debet pueri xp̄iani.

Credimus te instructū esse ut cristianū de
cet. Oracōnem scire dn̄icā. Salutacōeꝫ bea
te marie virginis Johānis euāgeliū. Simbolū

fidei. Collectas quoq; plures. Que sint mortis
peccata. Que spūssancti dona. que magna pcep
ta dei. Que opa misericordie. Que deniq; saluan
de aie et in celū referēde sit uia psuasū tibi nō am
bigim9 post hāc vitā repiri aliam q̄ bonis leta
dulcisq; malis amara sit et molesta Hoc enim
non sacri solum codices sed ipse gētiles quoq;
ostēdunt littere. Socrates enim ut apud Cice
ronem legimus duplices esse vias duosq; cur
sus aiarū a corpore excedēciū differebat. Nā qui
humanis viciis atq; flagiciis inquinauissent
et totis se libidinib; dedissent et in republica ui
olāda fraudes incepissent hiis deuiū quoddā
iter esse seclusū a ꝯsilio deoꝝ. Qui aūt integros
se castosq; seruassent. essentq; in corporib; hu
manis vitā ymitati deorum. hiis ad illos a q̄
bus essent profecti reditum facile patere. Quid
nos dicemus quibus euangelia predicata sūt
Et qui saluatoris incarnacōnem tot miraculis
cōfirmatam scire magis q̄ȝ credere uideri possu
mus. Nos quidem si recte sapim9 hāc huma
nam vitam nichil esse arbitramur. nec bonum
quicq̄ȝ existimandū esse censebim9 quod ad ui
tā alterā nō suppeditat vtilitatē. Nō itaq; dig
nitatē nō āplitudinē maioꝝ nō corporis vires
nō formā nō magnitudinē. nō a cūctis hoibus
habitos honores nō ipsum imperiū nō q̄cquid

dici potest in hac vita excellens. sed vltra pro
cedere spes nostre debebũt et ad alterius vite p
paracõnem cũcta moliri. Que autẽ illa sit vita
aut quo pacto illa viuatur plus negocij esset
ostẽdere quã nos in presentia suscepimus. Ma
iores etiam auditores q̃ ipse sis ad pcipiendũ
res ipsa requirit. Sed hoc solum dixisse suffici
at. Si quis omnẽ post creatos hoies felicitatẽ
mente ɔcipiat simulq; in vnũ ɔgerat vniuersũ
puam quidẽ ptem illorũ bonorum adequare cõpe
riet. Sed illi9 vite bona omnia humana simul
collecta magis abesse quã vmbrã a sompniũ
a veris rebus. Ad hanc porro vitam sacri du
cũt sermones p oculta nos erudiẽtes ad quo
rũ profundũ sensũ dum tibi per etatem venire
non licet nõ est ab re ut in alijs doctorũ tamen
virorum libris erudiaris. Est enim et poetis si
cut Basilius ait actoribus et scriptorib; ceteris
a omnib; hominib9 inherendum vñ nobis ad
ingenij exercitacõnem aliqua sit vtilitas acces
sura. Sic deũ preceteris omnes collẽdũ littere
clamitãt. Huic te primũ dabis cõmendabisq;.
hic tuus est auctor tuus pater tuus dñs. huic
omnia debes. Cũq; omnes homines deo referre
gratias debeãt. tu illi maxime regraciari et ser
uire teneris cuius munere factũ ẽ ut rex nasce
reris. poteras vnus ex plebe aut vnus ex rure

nasci. Sed inscrutabile dei iudicium in sublimi te solio collocauit. Non efferri debes non tumescere non superbire quod tibi datum est alteri dari potuit. Quanto maior es natu tanto debes te humilius gerere. subicere collum regi vni interesse diuinis officiis. Nam cui diuinus cultus est cordi facile reliqua famulantur. Primum querite regnum dei scriptura dicit et post hec omnia adicientur vobis. Romani quamuis gentiles erant omnia post religionem ponenda duxerunt. etiam in quibus summe maiestatis conspici decus voluerunt. Nec dubitauerunt sacris imperia seruire. Ita se humanarum rerum futura regimina existencia si diuino subessent bene atque constanter fuissent famulata. Quis nos veri dei noticiam habentes facere debemus. Caue ne tibi religionem putes esse subiectam quamuis maximi principis nomine gaudes. Non dominus sed filius ecclesie sacerdotis imperio in hiis que dicta sunt dei subiectus es Theodosius cesar quamuis potentissimus esset et romanum gubernaret imperium Ambrosio tamen Mediolanensis ecclesie presulatum tenenti collum subiecit. imperatamque penitenciam peregit humiliter. Constantinus autem maximam sacerdotibus reuerentiam exhibuit Iudicium super Episcopis in consilio niceno ferre non voluit. asserens deos ab hominibus non esse iudicandos. Nec mirum Ait enim

in epistola sua Clemēs q̄ beato Petro in apostolatu successit. Omnes principes terre et cunctos homines sacerdotibꝫ obediē aut capita sūbmittere debere. Eos aūt a solo dn̄o iudicandos quia sui sunt et nō alterius. Et quis est qui alterius iudicet seruū. Nam si ista non paciunt̄ homines nec deus deoꝝ et dn̄s dominātium hec vllatenus patietur. Sic sāctissimus ille presul beatum petrū eterne vite Clauigeꝝ predicasse cōmemorat. Tu ergo presbiteros q̄ dei ministri sūt honorabis. nō sines opprimi non grauari non affici quibusuis iniuriis. Nec dices ineptus sacerdos est. indignus immūdus Nichil ad te. iudicem habet. nō erit multum qd̄ omiserit scelꝰ Tu dignitatē et sacramētū venerāberis. Nec audies discolos enormesqꝫ iuuenes qui tibi per adulacōnem secus nituntur psuadere.

Cū quibꝫ expedit pueros conuersari.

Nequirit hic locus ut quales tibi iuuenes cōuiuere ministrareqꝫ pueros iusta racōne velimus palā fiat. Et hinc enim potest vtilitas dominiūqꝫ reddundare. Sint ergo qui tibi assistunt moribus instituti. nullum sit in eis viciū. nō vtantur vocibꝫ depravatis. facile enim ymitandis turpibus ac prauis omnes sumꝰ. Et in puerbio dicitur. Si clando uicinꝰ habitaueris et ipē nōnūq̄ claudicabis. Multū est in teneris

preceptum mulieris captiue radendum caput
supcilia omnesqꝫ pilos et vngues corporis am
putandos esse sicqꝫ eam habendam in cōiugio
Moxqꝫ de seipso subicit. Quid ergo mirum si
et ego sapienciam secularem propter eloquij
venustatem et menbrorum pulchritudinem
de ancilla atqꝫ captiua israhelitam facere cupi
o et quicquid in ea mortuum est ydolatrie vo
luptatis erroris libidinis vl' prescindo vel rado

habēs iam formā legēdi poetas ⁊ auctores ali
os. Cū enim id ex hijs exceperis qđ veritati ɔsē
tancū sit cetara omnia transgredieris. ⁊ velut
in rosis legendis sentes uitabis Ita quātū vti
liter scriptū est accipiens reliqua que nocere
possunt declinabis. principio namqꝫ cuiusuis dis
ciplīe que nam illa sit desiderare oportet ⁊ ad
finem dirigere. Et quomā ex hac vita per virtu
tem ad meliorē perducimur. Virtus autem ꝙ
multū a poetis multum ab historicis multo eti
am magis a phis laudatur. eorū verbis maxi
me inherendū est. Nec enim parum habet vtili
tatis cōsuetudo quedā et familiaritas virtutū
mētibus puerorum ⁊ animis infusa recentibus
cū valde inherere soleant ⁊ pene indelibiliter q̄
in tenera etate discuntur. vnde Oraci⁹. Quo se
mel imbuta recēs seruabit odorem. Testa diu
Sic ex lectione veterꝝ ⁊ nouorꝝ q̄ scribūt prudētē
autorꝝ duplex te autoritas ɔmittat. Nā ⁊ vitā
studio virtutū efficies meliorē et ĝmaticā peri
āqꝫ sermonis optimorū ⁊ ornatissimorꝝ verborꝝ
⁊ sentēciarꝝ magnā suppellectilē tibi ɔparabis.

¶ Qui auctores q̄ ue poete pueris sint legēdi.

SEd accipe rursus a nobis aliam regulā et
qui sunt autores tibi legēdi dum puer es
noscito. Sūt poete sunt hystorici sunt phi sunt
oratorēs Nā theologos in aliud tēp⁹ reseruam⁹

Quãuis ⁊ horũ multi sine periculo ut post dice mus tradi puero pñt q̃ tamen ⁊ ipsi pħorũ no mine ↄtinẽter. Nichil enim est quod ignoratũ pħia pretereat. In poetis legẽdum q̃ tibi credẽ di sint preceptoris iudiciũ assit Inter heroicos v̾giliũ cũctis preferãt. cui⁹ tãta eloquẽtia tãta q̃ ẽ gloria ut nullius laudibꝫ crescere nulli⁹ vi tupacõne minui possit. Apud quẽ dicẽdi singu la genera que quatuor esse putãtur breue copi osũ siccũ ⁊ floridũ studiosus lector inueniet. Lu canus grãdis autor hystoric et stacius ad mo dũ limatus preteritũ iri nõ dñt. Ouidius vbiqꝫ tristis vbiqꝫ dulcis ẽ in plerisqꝫ tamẽ locis ni miũ lasciu⁹. preclarissimũ tamen opus eius cui methamorphoseos nomẽ indidit ꝑpẽ fabularꝫ periciã quas noscere nõ paruũ fruct⁹ est nullo pacto postergãdũ ẽ. Ceteri q̃ carmine scribũt heroico remotissimi ab hijs sũt v̾sificatorꝫqꝫ ma gis q̃ꝑ poetarũ nomine sũt appellãdi Claudia nũ ⁊ qui Argonauticon scripsit minime cõtẽp nẽdos iudicauerim. Sathiri apud nos hodie tm̃ tres inueniũt Oraci⁹ Juuenal' Persius põt ⁊ marcial' coqu⁹ satyr⁹ uideri ꝫ carmẽ satyre legẽ preterijt Oraci⁹ vir fuit multe eloquẽtie doctrine virgilio parũ minor vtil' ẽ vbiqꝫ siue Odas siue poetriã siue ꝯmones siue ep'las lege ris Sũt tñ in eo q̃dã q̃ tibi nec legẽ volueri nec

interpretari. Juuenalis alto ratis ingenio ple raq; nimis licenter locutus est. In aliquib9 au tem satyris tam religiosum se prebuit ut nec fi dei doctorib; in nullo cedere iudicatur. Per suis nimis obscurus est vtilis tamē Marcialis perni ciosus q̄uis florid9 et ornatus ita tamē spinis densus ē ut legi rosas absq; pūctione nō sinat Elegiam qui scribūt omnes puero negari debet nimiū enim sūt molles Tibullius propercius Catullus et que translata est aput nos sapho. Raro namq; non amatoria scribūt deserto sq; cō queruntur amores. Ammoueantur igitur aut ad firmius etatis robur reseruentur. Comedi plurimū cōferre ad eloquencia possunt cū per omnes personas et affectus essent Ex isto gene re tātum duos habemus Plautū atq; Terēn Tragedie quoq; putiles sunt sed latinum ho die p̄t Senecā q̄ fuit magni senece nepos nullū habem9 nisi Gregoriū Corario venetū q̄ Mem neterei fabulā que aput Ouidium habetur in tragediam vertit Cūq; in oracō ne grauitas et elegancia requiratur illā in tragedijs hāc in Comedijs reperies. Animaduertere tamē pre ceptorem oportet dū tibi comedos tragedosq; legit nequid viciū persuadere videatur. Sed per sonas que locūt̄ et effectus q̄ sequūtur cōsiderari ponderariq; iubeat

¶ Quis auctores legi debent et quod Cicero pre omnibus.

ORatorum qui legi possunt maxima turba est sed omnium candidissimus est. Cicero qui iocundus incipientibus et appertus est satis. Nec prodesse tantum sed etiam amari potest. Cuiusque de officijs libris tibi nedum utiles verum necessarios arbitror. Scripsit et Ambrosius ad eius imitacionem de officijs non despiciendum opus quod cum illo legendum aptissime putauerim ut que fidei nostre ex Cicerone non consonant ex Ambro. moderamen accipiant. Sunt opera Lactancij limatissima. Nichil Iheroni. non expolitum Augustin. sunt emendatissimi libri Gregorio uti non inutiliter potes. Nostri temporis Leonhardi aretini Guarini veronensis Poggij florentini Ambrosij monaci Camaldulensis volumina tersa sunt legentibusque fructifera. Sunt et hystorici legendi pueris Liuius atque salustius quibus ad eorum intelligentiam profectu sit opus Iustinus et Quintus Curcius et quem petrus paulus translulit Arrianus in quibus ut non fabulosa sunt Allexandri gesta percurri debebunt quibus adiungi Valerius hystoricus et philosophus simul non indignus Suetonius puero non est omittendus. Ex genesi quoque ex Regum libris ex machabeis ex Judith

Esdra hester ex euangeliis ex actibus apostolo
rū historie non sine magno fructu recipiuntur
Historia namq; ut dicit. Cicero est testis tpm
lux veritatis. magistra vite nūcia vetustatis.
vtilissimū ergo est historicas cōplures nosse
atq; in hiis se exercere ut aliorū exemplo vel v
tilia sequi vel noxia uitare scias. Non tamē vs
q; ad supuacuū laborem te volum9 ocupari sed
receptas aut a claris autoribus memoratas sa
tis est historias didicisse. Nullo aūt pacto l' bo
hemorū historias vel hūgarorū atq; hiis simi
les si me penes atoritas fuerit tradi puero per
miserim. Sūt enim ab indoctis scripte multas
inepcias otinent multa mendacia nullas sen
tencias nullos ornatus. Nā q; ait Plinius nul
lus liber est tam mal9 ex quo nō possit aliquid
vtilitatis excerpi ac ppterea scriptorum genea
quāuis lectioni omittere uideatur. non ad pue
ros referri sed ad viros iam doctos debet. Pu
eri namq; nisi ab inicō rebus optimis imbuan
tur ingenia deprauant. Nec possunt verum adi
pisci iudicium. Tantūq; de secunda parte gra
matice satis dictum esse putato. Sed tamē pu
eris hos autores non ingeri simul neq; omnes
tibi de necessitate audiēdos nos arbitrari et om
ni curādū studio duxerim9. ne cumulacō labo
ris nimiū odiosas tibi litteras reddat.

¶ Qd reges & pricipes erudiri debēt in scribēdo·

Terciam gramatice ptem superius in orthographia dictū est cōtineri. Doctrina bene scribendi leuiuscula res fortasse uidebitur· si tibi de hac quoq3 parte precepta tradiderim quasi ridiculum fit. Regem scribendis se litteris occupare beneq3 scribere ac velociter ac honestus vero negligi soleat. Sed non est alienū hāc etiā regi puero tradi ptem que ad cognicōnem & intelligēciā autorū nō parū luminis prebet. Veteres quidem. Cesares relatum est cōplures scribēdi piritissimos extitisse Maximus pontifex q̄ nūc Romane presidet ecclie Nicola9 quītus ornatissime scribit. Et antecessoris sui similis virtus fuit Eugenij quarti. Nec patruelis tui gloriosissimi principis Cesaris Fridrici scripcōnem quisq̄ reprehenderit. Quāuis enim raro princi pē scribere oporteat· cauēdū tñ ē dū scribit ne muscarū lituras sed margaritas pocius pingere uideatur. Que res alphonsi maximi & aliquādo excellētissimi reges laudes non michil obnubilat dum litteris que de Curia scribūtur suum pprium nomen adiciens serpētes figuret an litteras ignoratur. Qd viciū ut tibi desit aspice q̄ circa orthographiā monem9. In tenui labor est Virgi9 ait non gloria.

¶ De forma litterarū seruāda in scribēdo.

Orthographiā in duas diuidimus ptes. al
tera est ut nitide. alteā ut recte scribas. In
primo videndū est ut elemēta in suis caracteri
bus affingātur ut neq3 macra sint neq3 corpu
lenta ut que rotunda que quadrata q̄ oblōga
que retorta sunt suam formā custodiant. Et h
quoq3 duplex modus est. alter modernus alt̄
antiqu9. vetustatū forma litterarū legibilior ē
mundior castior ac grecis a quib9 origiṅē dux
it ꝓpinquior. Quecūq3 modū sequi puer uolue
rit in eo necessarium est exemplū dari sibi pul
chrimū atq3 emēdatissimū. Optima namq3 sē
per ad imitandum ꝓponi debēt. Que si non pos
simus attingere hoc tamen prestāt ne eum vl
timis despiciamur. Prouidendū quoq3 non in
utiliter fuerit ut versus ad scribendū assumpti
sētencias habeāt nō ociosas. nec nomina bar
bara ↄtineāt sed honestū aliquid moneant ex
claris electa poetis ⁊ autoribus fama celebrib3
ut sic puer quasi p ludum phari discat ⁊ scribe
re. In scđa parte que rectam scripturā intuetur
plures tradūtur regule noscēde sunt vocales cō
sonantes mute liquide ⁊ duplices littere. Con
siderāda sunt verba simplicia quibus signētur
elementis ut cōpositorum simul obseruacō fiat
Sed hoc quoq3 multam patitur excepcōem plu
resq3 siūt ⁊ in declinacōnibus ⁊ in cōposicōnib9

ne dum litterarum verū etiam sillabarum mu
tacōnes. Verba vero simplicia quibus scribē
da sint litteris vsu magis ꝙ̄ regula discimus.
In qua re magnum prebet adiuuamen lectio
poetarū in quibus mēsurati versus breues aut
lōgas sillabas demōstrantes aut duplicari lit
teras aut detrahi iubēt. Ac racōne pductū ē op
pida p littera duplicata scribi oportere ꝗꝛ poe
te lōgam eius primā sillabā ponūt. ut est illud
virgilij Tot cōgesta manu precupitis oppida
saxa. Breuis eni prior sillaba fuisset si vnū tm̄
p sibi retinuisset ut est oportet. Opportun⁹ autē
ꝙ̄uis ab eo descendat duplicare p voluit sicut
vsus doctorum manifestat. Regule vero que de
mutacōne litterarum tradi solent cōposicōnez
plerūqꝫ respiciūt que cū preposicōibꝫ fieri solet
Expedit ergo noscere quomō Ad ꝑposicō cū diuꝫ
dcōibꝫ ꝯponatꝰ a aliqñ d mutat in sequētē lrāꝫ
a qua dictio incipit cui iūgitꝰ ut curro accurro
fero affero. gero aggero. ludo alludo. nūcio an
nūcō porto apporto. rideo arrideo. surgo assurgo
tollo attollo. De ceteris ꝯposicōibꝫ q̄ cū dcōibꝫ
fiūt ab hijs lrīs incipiētibꝫ .s. cū ad ꝑposicō e cō
pōnātꝰ. aliqñ aūt pdit ut apeio ex ad a perio ag
nit⁹ aspect⁹ ascēdo asto ascribo astruo qđ vbiqꝫ
seruādū ē qñ dcōni iūgitꝰ ad q̄ a g n sp st siue
ꝙ̄uis ꝯsonāte incipit In ceteis vero immutata

d manebit ut adhibeo adhereo aduoco adqui
ro non ut pleriq3 uolũt acquiro. In quo forsi
tan hodie cõsuetudo racõnem vicerit Ad et sum
quãdo simul conponuntur sunt qui adsũ et qui
assum scribũt et tam docti hinc atq3 inde sũt ut
in vtrãq3 partem videri possit valere consuetu
dinẽ. Absum et apsũ. obtim⁹ et optim⁹ ut Quin
tiliano plac3 scribi potest quia b et p sonũ cog
natum habent. Preteritũ vero verbi absum et
affuĩ repitur scriptum et abfui sed hoc racõi ma
gis ɔgruĩt. Ab aũt preposicõ non ɔsueuit b per
dere cumquacumq3 dictione societur ut abdo
abicõ abero abripio. Qd si b mutatur in ɔsonã
tem sequentem ex ad poci⁹ q̃ ex ab facta opu
lacõ uidetur Amitto tamẽ non abmitto tamen
scribere cõsuetum est et absporto s interposito si
guratur cũ sit ex ab et porto.

¶ Quomodo consonãtes geminari possunt et
littere mutari.

Nosse aũt oportet scriptorẽ nullam ɔsonan
tem geminari posse si sequatur aut prece
dat ɔsona nisi L fuit ant R que sequiẗ aut pre
cedit ut affluo affringo suffragor non dicimus
transsumo q̃uis ex trãs et sumo cõpositum sit.
Possunt tamẽ tres cõsonantes inuicem cõcur
rere si nulla geminatur ut obscen⁹ structõ sext⁹
Nam x duarũ consonancũ vim tenet cs simul

gs. Ex prepositio quando dictionibus adiungitur ab S incipientibus nō patitur s simul concurrere sed abicit illam ut exurgo exigo exāguis extinctus At si cum dictione cōponatur ab f incipiente x mutabit in f ut effugio effero effringo. In ceteris nec mutat nec mutatur ut excurro exquiro expello extendo exlex. Nec alia reperitur ab L dtō inchoans que cum ex conponantur. E vero prepositio plerisqz dictionibus adiungitur ad quas ex cōponi non potest ut si dictionis por lrā d fuerit ut educo l' cōsona ut euoca euacuo euecho vel l ut eluo l' n ut emitor vel m ut emineo vel r ut eruo nec geminantur quouis modo tales consonantes q̄uis exctio per duplex ij scribatur quia scđm J vocalis est nō cōsona seruat qz verbū exctio per totam declinacōnē J duplex vnū scilicet cōsonās et aliud vocale nisi cū e littera sequitur ut eiecī. In cōpsa q̄ vba queuis a iacio veniēcia p duplex ij scribi debēt ut exctio obyctio reyctio abyctio. In carmine vero aduertē dū est an longa sit an breuis por sillaba. si longa est duplicat si breuis simplex erit. Quisqz enim horū vboꝝ ē vsus apud Virgiliū repiē Tityre pascētes a flumine reyce capellas. Nec ē in quinto pede cōceleumaticus ut q̄busdā visū ē Ouidius. Quid m̄ liuor edax ignauos obyciis ānos Apud Staciū Pectoraqz inuersis obiicit

fumancia muris. Et iterū fontibus intentos a bicit monstratq3 cruorē. Atq3 alibi Abicit te ctorē culmine fumo. Coniicio quoq3 p duplex ii scribi. Quintiliano placet In a co quando copo nitur cū dictionibus ab L vel M incipiētib9 N in sequētem mutant litterā a geminat. ut ludo illudo Colludo Ruo corruo Immuto cōmuto im mitto. Est autem co prepositio inseparabilis que nō inuenitur nisi in cōpositione a quādo dictio ni sociatur que vocalē vel aspiracōem habet in principio āmittit N ut cohereo coherreo cohor tor fallit in hoc verbo comedo ɔposito ex con a e do ubi ppositio con sonāciam meliorem nō abici tur n ꝗ ɔmutatur in M ac.

Quomodo varientur littere a deriuentur de cōes a supiiis a ppositiombus.

Sub et ob si dictiombus iūcte fuerint ab c p e g f vel m incipientibus in sequētem cō sonātem b mutari ɔsueuerunt geminationem q3 facere ut succurro occurro succido occido suc cumbo occumbo succino occino sufficio officio suggero summitto ōmutesco suppono oppono sur ripio. Ab hiis tamē excipiende sūt aufero aufu gio in quibus b mutatur in v Item abrogo ab rado abrodo in quib3 manet integra. Sub si vel bo Quasio adiungatur b mutatur in C fitq3 suc quasio. Item omitto non ōmitto vel obmitto

scribendum est. Operio et eius passiuum opperior simplicis p scripcione contentatur. Opperior deponens pp duplex requirit Opinor opimo opitulor opulentus vnum p deposuit. Ob quoq; non nūquā R sequente non mutatur euphonie causa ut obruo obrepo obripio. Obscurus ex ob et cura cōfectum non mutat b sed pter cōsonāciā accessit s Sic et in obscœno fit ex ob et ceno ɔposito. Si vero ob et sub cum alijs q̄ ut premissum ē ōībz ɔponūt incōuulsā b reseruāt litteram ut subdo et obdo Dis quoq; et di prepositcōnes insepabiles in solis cōpositcōibus reperiuntur. Dis quidem cum dictiōibz a b c p f t J consonante vel s cōponi potest ut discertio ex dis et cerno. dispono distraho disiungo dissuo seruaturq; sentēcie mutacōne s in v̄bo diffundo mutat' in f et geminatur. sicut et in differo et diffido. Diminuo q̄ ex dis et minuo s variatur s in m q̄ duplicatur Neq; pōt cū hyste v̄bis sic incipiētibz di ɔpoī n̄ cū minuo et tūc simplicī m scribit' diminuo. Cū ceteris di sepius q̄ dis copulat' ut diduco diluo dinumero digdior diripio Trās ppositcō ɔposita cū dcōibz a b d m vel J cōsonāte principiū habētibz n et s amittit ut Traduco trano traicio. Inuenitur tamen et inteḡ ut trāsmigro et trāsduco q̄ uideri pn̄t nō esse cōposita N lrā neq; ante b neq; āte m neq;

ante p locari potest siue ꝯposita dictio fuit siue
simplex ut suma per duplex m Robus pompei⁹
ꝯmunis immunis combibo cōputo imputo. In
ꝯpositis quoqꝫ per figurā Themesim diuisis ut
enūq̄ prudens enūqnā potens vsus doctorum
habet ut M ponatur loco N q̄uis videri posset
ad suam naturam in prepositiōne reuersam que
dum sepata est quamq̄ sequens dcō supradi
ctas in principio litteras habeat nō mutātur
ut in binis in pontificō in magistratu. Cōtra ve
ro fit ut f c d q s t in simplicibus ac cōpositis
dictionibus iuxtra se perire nō sināt m ut Tō
sus Linquo cācer mēdax centū anfractus quē
cūqꝫ quicūqꝫ tantūdem identidē. In grecis quo
qꝫ dictionibus q̄ per ph figurātur idem seruan
dum est. Sed scribi m ꝓnūciari n peritiores vo
lunt Pamphilus nimpha. Circum prepositiō
quādo ꝯponitur cum dictione a vocali incipien
te integrā seruat m ut circūeo scribatur. pronū
cietur circueo. Cum prepositiō p e u m scribi de
bet Atsi aduerbium temporis fuit p q v o m ut
Quintiliano visū est. Verꝫ a quōdam nō ꝯdā
scribi Caiū Cneū figurarē Gaiū Gneū ꝓnūciarē
vetusti moris fuit. Et sunt qui hoc etiam seruāt
docti viri a vetustatis amatores. Ex quo fit ut
non semꝑ votis verū depositū reddant littere ꝗ
non semꝑ votis verū depositū reddant littere ꝗ

& amenciũ per T scribamus & sonũ C profera
mus. Licitum tamẽ & viciũ qui fiũt litis & vitis
genitiui plurales non mutãt vocem ne Licium
p viciũ vicij putentur. E cõuerso scdm Quintili
anũ Gaium mulierẽ significat sed C virũ Idẽ
Quintilianus quicq̃d scribendum censuit. victo
rinus quidquid quasi diuisum sit & repetitum
quid. quod Casparino Pergamẽsi magis pla
cuit Idcirco nõ iccirco docti scribunt q̃si nil aliud
sit q̃ circa id Quicq̃ tamen scribit non quitq̃
& inde Nequicq̃ Sepe etiam cõtingere solet q̃
C in g mutetur ut in dictionibus numerorũ si
precesserint N ut Quadringenti. ac si precedit
n perseuerat immobilis C ut Trecenti ducenti
Interponuntur & aliquando littere ut sonꝰ me
lior fiat C ut sicubi ex si & ubi T ut identidem ex
idem & idẽ P ut emptum quod ab emi venit b
ut ambio ex particula m imperfecta et eo S ut
obscurus ab ob & cura L ut obliquus ex ob et
equus R ut dirimo ex di et emo V consonans
ut bouis ex bos nominatiuo E littera inutilis
est Quintiliano teste cũ in omnibꝫ loco sui C fit
v fit V sus tamen habet ut karolus k'e per k
nõ C scribant. Et quomiã Orthogr̃phia multũ
cõsuetudini fuit nõ ẽ ab illa recedẽdũ. Cũ nõ
scribendi solũ ß loquẽdi quoqꝫ atqꝫ viuẽdi mo
dũ quã boni doctiqꝫ viri cõstituãt magistram habẽ

ↄsuetudine deceat. Ad dubium interrogandi Cur p C
post a Q scribi ꝙ cum Q duplex v desiderat ut Quur
Grece dictiones que ab r principium sumunt aspi
rari debent ut Rhetor rhodus rhadamantus. Aspi
rant et rhenus rhodanus. Priscis namqꝫ temporibus
tam Germani ꝙ galli grecis litteris utebantur et a
grecis hec flumina noia habent. ¶ De aspiratione.

Quia vero de aspiratione mentio intercessit pro
sequemur lacius hanc partem. Omnia que ab ipso
descendunt aspiranda sunt in principio et per y et vnum
p scribenda vt hyperbole hyperboreus hypoteca
hypocrita Similiter que ab ypos veniunt aspirati
onem habent ꝙ per latinum J et p duplex scribuntur ut
hippotenthaurus hippomanes hippodamia
hippolites At si hippos in fine ↄpositionis cadit
aspirationem amittit. cetera seruant ut Philippus
quod est a philos quod amor et hippus equus quasi a
mator equorum. Hypo vero greca prepositio est que
aput nos sub significat. Aput latinos nulla ↄso
na aspiratur. Seruius tamen excipit pulchrum. Anti
qui quoqꝫ sepulchrum aspirabant Inchoa et inchoo
aspiratum inuenitur que papias ex greco deriuatum
putat. Seruius latinum esse contendit mihi et non mi
Nihil et non nichil scribendum ratio suadet. cum C nusquam
ꝙ aspiretur ꝙ in pulchro et vt quidam volunt in
inchoo et sepulchro. Quatuor preterea sunt ↄso
nantes que nostro more in grecis vocabulis aspirantur

C p r t ut Chremes philosoph9 Rhetor Thra
so Que ab archos veniũt omnia aspirantur ut
Archidyacon9 Archipbr Architriclin9 Archi
Epus Patriarcha Monarcha. Similit q̄ a Cyros
veniũt ut Chiromācia Chiromāticus Chiro
theca Chirologiā. Que detorquent ad nos ex
grecis dcōnibz in q̄bz f sonare videtur per ph
scribende sūt ut phebz pheton phaus Orpheus
Excipitur filius et fama q̄ licet a grecis dilapsa
sint p f tñ scribunt. Dicit enim filius a philos
i. amator. Vel a philos qd est amor a fere gre
cū est a in p̄ma sillaba nichil a greco differt ac
p̄ma psona dicūt illi fero is it. Et fama ex phim
ex greco v̄bo qd est dico q2 ex multorū dictis si
ue sermonibz oritur fama. Quecūqz veniūt ab e
ther a ethra et ethereus aut ab ethus ut ethi
ca a ethic9. aut ab orthos ut orthogphia ortho
graphus. aut a theca ut bibliotheca Cyrothe
ca. aut a theos ut theolog9 theologia. aut a the
sis ut sinthesis hippothesis per t scribi a aspira
ri debent. Contra vero quea prothos anti cato
meta qz veniunt ut Prothomartir prothonota
rius ātitesis āticatho Catolog9 Metamorphor
seos metaplasmus.

Y Greca numq̄ transit in consonantem at
qz idcirco decipiunt q̄ yhesus yerusalē yhe
remiaqz scribunt. Quāuis enim aliena sūt v̄ba

nostrũ tamẽ J non alienũ volunt. Inter m & n nulla racio patit locari p. maleq3 a multis scribitur colũpna tirampnus. Cõtẽpno Autumpnus autũnus vero scribẽdũ est p non indiget Sic somniũ somn9 amnis omnis solennes funmum. Mnesteus apud virgilium m ante n in principio seruat At cõtẽpsi contẽptum prompsi proptũ dempsi demptum Carpsi carptũ emi emptum compsi cõptũ p retinẽt. Pessimus per duplex ss non per x scribi debet cũ suplatiua in ximus nulla nisi maxim9 & proxim9 terminẽt Moralia siue imitacia verba tã p ss duplicatũ ut patrisso matrisso frisso q̃ per z scribi possunt Ptrizo matrizo frizo Nitor interis verbum qñ ad conatum corpis referẽt p x nixus. Ad animã vero relatum nisus p vnicũ s preteritũ format At ista tibi de negeralioribus orthographie regul' scripsisse sufficiat. Quod reliquũ est de singulis vocabulo℞ scripcõibus ex autoribus frequenti lectione ipse tibi vsus ministrabit.

¶ Quod pueri docendi sunt in Rhetorica & dyalectica.

Inter gramatice studia solẽt. a rethorice precepta mõstrari. Nam & dũ legũtur oratores & poete ipsi9 iuis rethorice pãditur. Sunt ibi Colores sunt ornatus sunt sentencie vituparantur. Laudãturq3 homines Assunt iudicia suasiones. Nulla rethorice pars ẽ

in poetis atq3 hystoricis nō exculta. Sz in hijs vsus est Regule apud oratores tradūtur Ciceronem potissimū atq3 Quintilianū Est et Aristotelis rethorica hoc nr̄o seculo in latinum trāslata ad modum vtilis. In hijs te exercebis ceteros fugito qui seducere magis ꝙ docere uideri possunt. Sicut is q̄ nuper apud wyēnam nouā rethoricā edidit in qua tactis plurima ex Cicerone que sūt vera atq3 vtilia ꝯmiscuit. deprauatis tamē exēpl' et verbis fecit ut nec vtilia sint nec vera que docet fugiend9 est hic et abhorrēdi siqui sunt ei similes. Et in fonte fuerit pocius ꝙ in riuo potandū. Erunt ergo tibi nōnulla artis rethorice tradenda precepta exprobatis et fama cultis autoribus recepta. ut scias Oratoris officium quod sit et oracōnis partes inueni re dispōne eloqui memorari ꝓnunciareq3 rite possis At quia te non tam bonū oratorem ꝙ̄ perfectū regem desideramus non exigimus a te Ciceronis aut demostenis eloquentiam. Optaremus tn̄ te illa fore ornatū plurimū nāq3 tibi et splēdoris et vtilitatis afferrēt. Sz qm̄ multa sūt q̄ necessario imminēt regib3 e discedā ne alterr obsit alteri satis erit Regi facūdia mediocris verū cū inter precepta rethorice silē dyaletica nō cōsueuerit. Sūt enī quodamō inter se conuertibiles. Nā et ābe tū q̄rere. tū racōe3 reddē et defendere

et acusare conant. Non ab re fuerit. Regem pue
ru dyalecticis imiciari preceptoibus atqz ita do
ceri. ut logice quã differēdi diligētem racoem
Cicero diffinit ɔgnitis ptibus et diffinire et par
tiri et colligere sciat. Colligendiqz facultatē tri
plici diuersitate tractari non ignorat. q vel ve
ris ac necessarijs vł tātum pbabilibus aut ap
tissime fałs argumentacoibus disputacō decur
rit. Non tamē in hac re quosdā wienne magi
stros imitacone dignos dixerim. Nimis enim
multū tēporis in sophisticis et Cauillosis expo
nūt argumentis ut apud eos logice studiū nō
vtilitate sed morte terminetur. Ob quā rē non
pbat in officiū. Heremū sulpicium neqz sextum
pōpeium Cicero qui nimis magnā nimisqz mł
tam opacōnem in Geometria posuerūt. Neqz
q se totos dyalecticis ac iuri ciuili dederūt. Quā
uis enim artes huiusmodi in veri inuestigacō
ne versant. eaz tamen studio a rebus gerēdis
abduci cōtra officiū est. Quia virtutis omnis
laus ut ille dicit. In actione ɔsistit fugiēda est
omnis artis supuacua imitacō q licz nichil ma
li uideat habere. vacuū tamē laborem deposcit et
ab utili negocio detrahit. Qualis fuit illius qui
teste Quītiliano grana ciceris ex spacio distāte
missa in agz ɔtinuo et sine frustracōe inserebat
quē cū spectasset Alexāder donasse eum dicitur

eiusdē leguminis modio qđ q̄dē p̄miū fuit illo tp̄e dignissimū. ¶ An puero regi musica sciētia sit ɔmittēda.

QVeri pōt an musice regi puero sit doctrina tradēda. cū vel parū vel nichil ad rem publicā gubernādā uideatur afferre. Neroni ꝓbro datum est et Augusto quia musicā nimis studiose sectemur. Et augustus quidem correptus abstinuit. Nero peramplius insecutus est artē. Cum psaltem quēdam Philippus macedo inter cenandum vellet emēdaē ac depulsandis cordis cum eo disserere ait psaltes. Superi id abs te mali rex auertāt. ut hec quā ego melius teneas ipse. Cōtra themistodes dux greciē dum in cōuiuio recusasset liram habitus est indoctior. Socrtes philosophoꝝ fons institui lira nō verebatur in senio namq; indoctus a musis atq; a grecis abesse verbum fuit. Exercitus Lacedemomiorū musicis instructus modulacionibus uictoriam reportauit Graccus suorum temporū Orator precipuus consonantem sibi musicam consonare volebat. Quid dauid. nonne huius artis peritus fuit contētuq; lire laborāti sauli subuenire solebat. Hanc certe doctrinā Ligurgus quoq; ɔmendauit quāuis leges Lacedemoniis durissimas dederit. Hinc apud veteres moris fuit. In ɔuiuiis ut laudes heroꝝ

atq; deorũ ad cithară cantarent. Quid yoppas ille virgilianus nõne canit errãtem lunã solis q; labores. Et Cicero quib9 ɔfirmat autor emi nentissimus musicũ esse cum diuinarꝝ rerũ cog nicõnem cũctam. Quid nos in tãta rerũ varie tate dicem9 cũ alij suadeant hanc disciplinam alij dissuadeãt. Sed certe nõ ars despicit neq; illius reprehẽditur vsus ꝫ nimius usus excludẽ dus est. Non esset huius discipline mediocris fugiẽda ɔgnicõ si preceptores non uiciosi repe rirẽt. Plurimũ nãq; spiritus reficit et ad tole rãciam laboris exhilarat mẽtes non immoderã tus neq; lasciu9 musicoꝝ contẽtus. Hinc pita goricis mos fuit a cũ irẽt cubatũ a cũ mane sur gerent siquid tristicie foret ut lyra suauiter cõ crepãte diluerẽt. Artis autẽ huius repertorẽ alij pitagoram alij moysen alij Tubal predi cant. Sed miror ego de pitagora fuisse gentiliũ opinionem cũ nemo poetaꝝ nõ orpheũ musice peritissimũ referat q̃ pitagorã non ãnis ꝫ simi lis antecessit.

¶ An iuuenib; tra denda sit Geometria a Arismetrica.

Est a geometria teneris etatibus ostendẽ da. Nam et ingeniũ acuit a animũ ad pci piendũ celerẽ reddit hec et arismetricã secum trahit cum sit in numeros a formas diuisa. Et numerorum quidem noticiam etiam regibus

necessariā nemo negauerit. Itaqȝ simul Geo metriā ⁊ Arismetricam puerū insectari regem nō dedecet. Quod si quis Geometriā duxerit ɔtēp nendā syracusanorū vocibȝ obruī potest q̄ ɔtra M marcellū vrbi machinas admouētē vnius Achimenidis ingenio et geometrie viribȝ ob sidionem protrahere longius potuerūt. Est pre terea in ea multū erudicōis multumqȝ caucōis affert cū sepius ea que dyalectice cōcedenda vi dētur ars hec minime cōcedat. Nā quis ita pro ponenti non credat. Quorꝝ locorum extreme li nee eandem mensuram colligunt. eorū spaciū quod hijs lineis cōtinetur par sit necesse est At id falsū est. Nam primū refert cuius sit for me illius circuitus. Reprehensi quoqȝ sūt a geo metricis ut refert Quintilian⁹ hystoria q̄ mag nitudinē insularꝝ satis magnificari nauigacōis ambitu crediderūt. Nā ut queqȝ forma pfectissi ma est ita ⁊ capacissima ē. Ideoqȝ illa circuitur rēs linea si efficit orbem amplius spacium com plectetur q̄ꝑ si quadratum paribus horis red dat. Rursus quadrata triangulis et triangu la plus spacij equis lateribus q̄ꝑ inequalibus continebunt. In collibus autem ⁊ vallibus e tiam imperito patet plus esse soli quā soli celi iugeri mēsuram ducentos ⁊ quadraginta lon gitudinis pedes esse dimidio q̄ꝑ in latitudinem

patere notissimū est et quis sit circuitus et quā
tum campi claudet expeditum colligere. Sed
tentemi et actocenti in quamq; partem pedes idē
spaciū terminant sed multo amplius claudūt
Quelibet vtilia captu sint atq; delectabilia ni
mium tamen impendi temporis histe artibus
non suaserim quia et si sunt per illas transeunti
bus utiles diucius tamen circa eas noxie fieri
possunt. Da rycht dych nach.

¶ An puer in Astronomia sit instituendus

Hec astronomie moderāta ¶ et Rex pcipue.
Electio regi puero negari debet que celos o
stendit et archana superum mortalibus pādit
Huius noticia magnis sepe ducibus adiumen
to decoriq; fuit Pericles atheniē cum solis ob
scuracōne territi milites essent meditarētur q;
fugam redditis eius rei causis exercitum reti
nuit et victor euasit Gallus quoq; Sulpicius
cū in exercitu Lucij pauli ꝑpt lune defectionem
militum animi velut prodigio diuinitus facto
terrerēt naturali racōne mōstrata securos red
didit animos. Nec dyron syracusanus cū ad
delēdam dyonisij tyrānidē venisset quia Pla
tonis discipulus fuerat et astronomie perit9 ta
li casu territus est. Qd si Niceas in sycilia veni
ens non eodem confisus metu pulcherrimū athe
niēsium exercitū pdidisset Imbuēd9 est igitur

et hac doctrina puer sine qua neq; Poete ple
ni⁹ intelligi pñt. Sēp aūt cauēdū est ne sic vni
sungamur arti ut reliquas deseram⁹. Ne ve na
turalib; inherētes studijs ac ɔtēplacōnib; eoꝝ
q̄ moralia sūt postponam⁹ et reb; abducamur
agendis. Quereret aliq̄s forsitā q̄ pacto disce
da sunt hec et an tradi et pcipi simul pñt. Nega
būt aliq̄. q̄ cōfūdat anim⁹ et fatigetur tot disci
plinis in diuersū tendētibus. At hij nō satis p
spiciēt quātū natura valeat humani ingenij q̄
ita est agil' et velox ut in omnē ut ita dixerim
ptē spectat ut nequidē possit agere aliquid vnū
tātū. Sed vti plura nō eodē die modo quin et eo
dē tpis momēto vim suā impēdit reficit ac etiā
reparat aios varietas ipsa. Quis vero nō obtū
datur si p totam diē vnius artis vnū magistrꝫ
ferat. sed in mutacōe recreabit' spiritus. Sicut
in varietate modeāta ciboꝝ reficit' stomachus
Agricole simul arua vineta oleas arbusta co
lunt pratis pecorib; auibus et aīalib; curam a
comodant. Cur nō pueri diuersas eodē tpe nō
momēto dixerim disciplinas edisc̄ant quoꝝ in
genia multo docilioꝛa sunt q̄ iuuenū. Curabūt
igit' qui te pueꝝ regunt per diem diuersos vti
magistros audies. Et nūc ḡmatice nūc dyalecti
ce nūc alteri disciplīe incūbas nec suū locūs su
umq; corpis exercicijs tēpus negabūt.

¶ Quid eligendum ſit et quid fugiendum pu
ero Capitulũ vltimum.

Ceterum diſcipulis huiuſmodi quãuis plu
rimum intellectus illuminatur non tamẽ
quid honeſtũ quid turpe q̃d iuſtũ q̃d iniuſtum
q̃d eligendum quid ue fugiẽdũ ſit ꝓrſus oſtẽ
ditur. Obumbrata ſunt in poetis ⁊ oratoribus
atq; hiſtoricis non penitus expreſſa ſigna uir
tutum. Quibus ex rebus altius volandũ ⁊ ad
philoſophiã ipſam tot affectibus trãſmigrã
dum eſt de qua fecimus tibi in principio men
cionem At hic dicat forſitan ex cõtubernalibus
tuis quiſpiam. Quid tu agis Enea dum puer ar
tibus inſudat quaꝝ ſeptem ſuperi⁹ meminiſti.
Quid rurſus huc remittamur. ſed neſciet hic
quid ph̄i nomen importet. cuius conſtat inuẽ
torem fuiſſe pitagoram. Namq; ut antea viri
boni ⁊ docti ſapientes appellarentur fugit hic
arroganciam ph̄mq; ſe dici hoc eſt amatorem
ſapientie non ſapiẽtem voluit. Hinc amor ſa
pientie interpretata eſt ph̄ia. Sapiencia vero
non ſolum artes ſeptem complectitur ſupra
memoratas. ſʒ omniũ diuinaꝝ humanaꝝq; re
rum ac cauſarum quibus hec tres continentur
ſcientiam profitetur. Obquã rem non qui ſep
tẽ artes liberales percurrit aliq̃s philoſophus
appellabitur. ph̄ie tamen partem adeptus erit

Philosophi ab inicio sol' naturalib3 cau' intē
debāt. Taletē q3 milesiū sequebāt' q̄ prim9 de
illis tradit' disputasse. Successit deinde Socrtes
q̄ moralē p̄ham euocauit de celo. Ex q̄ factū ē
ut bifariam p̄hiam diuideret. et altera quidem
naturalis. altera mortal' appellaret'. Supueni
ente vero diui Platonis ingenio terciū adicere
mēbrum placuit. et racōnale nūcupat'. At nos
hucusq3 de moribus quū sūt ex p̄hia recipiendi
parū diximus. Eapp̄ter in calce libri nō autem
in calce studij puerū rursus ad moralem p̄hiā
remittimus. Hec enim quis sit erga diuinam
maiestatē cultus. Quomodo pentibus. quomō
natu grādiorib3. quomō pegrinis. Magistrati
bus militib3 aīcis uxorib3 Ciuib3 rusticis seruis
vtēdū sit certa racōe mōstrabit. Hec te Rex in
clite docebit auariciā ɔtmnē. que pecūnie studi
um hab3. Quā teste salustio nemo sapiēs ɔcu
piuit vnq̄. Admonebit in mulieres seruare mo
destiā. Caros habere liberos et ppinquos. mini
me seuiē. venerari seniores Legib3 obtēperare
iracūdiā ɔpescē ɔtemnē voluptates misereri op
pressis inopib3. ɔferre dignis p̄mia Jus suū v
nicuiq3 reddē. punie nocētes. Et qd maximū ē
i prosperis fortune successib3 te leticia nō sinet
effundi. Nec i adu' casib3 tristicia depmi viāq3
p̄abit q̄ tibi recte viuere possis et sbditis vtilit'

imperaře. Nec eni fūt hec puero dāda. Sȝ mō librorum delect⁹ fiat ut dulces & apti facūdi limati q̄ sibi tradāť ut sup̄ de plerisq; dixim⁹. q̄bȝ adi ci pňt Tusculane q̄stiones tullij de senectute de amicitia & q̄tquid ē illi⁹ de moībȝ scriptū. utił se neca Capiēd⁹ in eplis Plini⁹. & in ꝯsolacōe Bo eci⁹. nec negaueri absq; hijs q̄p pluā doctorum ui rorum ēperiri volumia. q̄ tuto pueis exhiberi pňt Sȝ iudiciū p̄ceptois exigo ut limatos ēsosq; no rit libros & i autoitate ēceptos. Sȝ qm̄ hec ph̄ie portō quā vocāt Ethicā nullū huāne uite tps dimittit intactū. ꝫ uiuēs ipa gubnat uiros & se nes Quita puero tradēda. q̄bȝ ex locis ēcipiēda sint satis ꝑ pte al'. ꝑ tpe credim⁹ eē mōstratū In ceteris libris sic etates ipē req̄siuerit si lōgi⁹ fabricator maxim⁹ orb & aie ꝯditor deus vitā ꝑ duxerit loquēdū neruosi⁹ erit. n̄ post tot insig nes quos tibi legēdos dixerim⁹ autoēs tacere poci⁹ q̄p dicē quit q̄p āpli⁹ existimauerim⁹. Tu tm̄ interi qd̄ tibi puero ꝯducē doctū est. sic te ex ercere ac discere studere. ut aliarū hui⁹ opuscu li parciū cupidissim⁹ videare. Vale Ex noua ci uitate Mēse februarij Millesimo Quadringēte simo Quinquagesimo. Laudeť de⁹.

¶ Explicit Tractatul⁹ p̄ Enea siluiū editus ad Regē Bohemie Ladislaum.











colorchecker CLASSIC



















x·rite

mm